UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Duo Tractatus

## Moneta, Giampietro

## Marburg, 1628

I. Quis Iudex sit competens in causa Decimarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63048

Visual Library

*tes non debent neceſſario continere clauſulam il-lam, niſi cauſam rationabilem voluerit allegare; debet tamen judex ſe informare, vel literas con-ditionales formabit.* num.73.

74 *Sepultura eccleſiaſtica privatur, qui ſolvere tenetur decimas, & non ſolvit.*

75 *Sepultura eccleſiaſtica privatur, qui notorie decedit in peccato mortali.*

76 *Procedi poteſt ex officio contra non ſolventes decimas pravia informatione.*

77 *Viſitator poteſt cogere ſubditos ad ſolvendas decimas ſuo Rectori; niſi aliquam rationabilem cauſam al-legarent.* num.79.

78 *Viſitatori incumbit correctio exceſſuum, & ſolicitu-do erga clerum & populum.*

80 *Redituum eccleſiæ exiguitati quomodo ſuccurri-tur per unionem beneficiorum, & aſſignationem oblationum, aut decimarum.*

81 *Ædificari poteſt eccleſia intra fines alterius, & in-Epiſcopus inſtituere ſacerdotem percepturum ob-ventiones alicujus caſtri, ubi parochiani ja constructam ſine magna difficultate adire non poſ-ſunt.*

---

## Cap. VIII.

## *De modo procedendi circa exactionem Decimarum.*

QUÆRO PRIMO, *Quis ſit judex competens in cau-ſa decimarum?*

PRIMA CONCLUSIO. Decimarum controver-
1 ſia in petitorio, ubi quæſtio juris eſt, nō facti, ſpectat ad judicem eccleſiaſticum; *text. in clem. diſpendioſam de judic. c. literas, de jur. calum. c. fin. de rerum permut. cum aliis adductis per And. Gail. pract. obſer. lib 1. obſer. 38. nu. 1. Papienſ. in for. libell. declin. cauſid in verb. nec fuiſſe, & Anaſtaſ. Germon. de ſacror. immun. libr. 3, c. 19.*

num.

*num.84 & multis ſeqq. ubi id optime probat, idem not.*
*Feder. de ſen. conſil. 245. incip. Domino Andreæ, Felin. c.*
*cauſam, n.15. de præſcript. Marcheſan. tract. de commiſſ.*
*& reſcrip. cap. 4 nu. 30. 2. par. Thom. Zerol in ſua Pra-*
*xi Epiſc. verb. decimæ. verſ. ad 6. Rebuf. d. tract. de decim.*
*q.10. nu. 2. & 38. poſt alios, & probatur ex iis, quæ infra*
*mox afferemus, ad ampliandam hanc concluſionem.*
Ratio illa eſt, quia jus decimandi ſpirituale eſt, *ut late*
*cap. 5. q 3. in princ. oſtendimus.* De cauſa autem ſpiritua-
li † ſolus eccleſiaſticus cognoſcit, ubi quæſtio ſit juris, 2
*c. tuam, de ordine cog. & c. cum ſit generale, cum ibi not.*
*de for. compet.* Idem quoque erit dicendum, quando
cauſa poſſeſſoria † mixtam habet proprietatis ratio- 3
nem, prout in qualibet re ſpirituali tenet *Abb. d. c. lite-*
*ras, ubi Butr. Barbat. & alii, in rubr. de judic. num. 51.*
quin etiam idem erit, † licet curia mixta ſit ex clericis, 4
& laicis, niſi illi conſiliarii dati ſint à ſummo Pontifice,
ut late & optime oſtendit Germon. *d. c. 19. num. 68. &*
*trib. ſeqq.* numero vero 93. & 94. idipſum extendit, ubi
etiam laicus ſe tueri velit legitima temporis præſcri-
ptione ab hujuſmodi ſolutione decimarum.

Secunda Conclusio. Si quæſtio ſit † meri fa- 5
cti, an talis percipiat, vel ſolvat decimas, vel quia aga-
tur contra tertium detentorem fructuum deciman-
dorum, judex etiam laicus competens erit; *ita Covar.*
*pract. q. c. 35. num. 2. Zerol. d. verſ. ad 6. Rebuf. d. q. 10. n.*
*3. Ludov. Gomes in c. ſi annum, num. 15 & 16 de jud. in*
*6. Felin. & Feder. de ſen. loc. cit. Butr. c. fin. numer. 20. de*
*jud. Abb. d. c. literas, nu. 7. & ſeqq. Gail. inf. num. 2. per*
*tex. c. petimus, 11. q 1. Marcheſ. d. tract. de commiſſ. & re-*
*ſcript. c. 4. nu. 30 part. 2. poſt alios,* & in qualibet mate-
ria † ſpirituali, & eccleſiaſtica tradit *Ant. Gravat. in* 6
*addit. ad Veſtr. in ſua Praxi lib. 5. c. 1. Soar. in Theſ. recept.*
*ſent. verb. ſpiritualium, & Turzan. opin. 90. ex commu-*
*niori.* Poterit tamen etiam in hoc cognoſcere † eccle- 7
ſiaſticus, *ut late & optime probat Marcheſ. d. numer. 30.*
*Covar. d. nu. 2. in princ. & Germon. d. c. 15. numer. 95.*
*& 96.*

Tertia Conclusio. Si agatur de poſſeſſorio
8 decimandi † communis fere omnium reſolutio eſt,
quod poreſt judex laicus cognoſcere; ita ex commu-
ni reſolvit Andr. Gail *d. obſ.38. num* 2. auctoritate gloſ.
*d.c.literas, in verſ. rebus*, quæ tamen gloſſ. nihil de de-
cimis, & eſt communiter reprobata, teſte Covar. *d.c.*
9 35. *num.* 1. & in qualibet † cauſa ſpirituali, quando ſu-
per mero poſſeſſorio agitur, tenet *Guid. Pap. deciſ.* 85.
*in princ. Boer. deciſ.* 60. *numer.* 23 *Gram. deciſ.* 78. *per to-
tam Afflict. deciſ.* 2. *&* 24. *cum aliis, quos referunt & ſe-
quuntur Gail. ubi ſup. num.* 3. *&* 4. *Gravat. loco cit. Soa-
rez in Theſaur. recept. ſent. lit. P. num.* 186. *Menoch. de
recup. poſſ. remed.* 15. *num.* 211. *communem etiam aſſerit
Covar. d.c.* 35. *nu.* 1. *& in epit. de ſponſ. & matr.* 4. *par. c.*
8 § 12. *nu.* 3. a qua tamen etiam communiore ſenten-
10 tia, ſi ſimpliciter intelligatur † libenter recedo cum
*Lig. in clem. diſpendioſam, de jud. Guid. Papa, conſ.* 149.
*Rol. à Vall. conſ* 23. *n.* 17 *l* 2. *Oſaſc. dec.* 116. *n.* 1. *Butr. d. c.
ſi n* 20 *de jud. Bero. in rubr. de jud. n.* 51. *& Covar. d. nu.
verſ. verum ſi diligenter, poſt Io. Daiamam in proœm.
pragmat ſanctionis*, §. *poſtremo & alios, quos ipſi citant*,
& in ſpecie in materia decimarum late tradit *Rebuſ. d.
q.* 10. *num.* 1. *ad hoc allegans gloſſ. in ſumma* 10. *q.* 1. *&
text. in c. dudum, de decim.* Et ratio illa optima eſt, quod
11 cauſa † eccleſiaſtica & ſpiritualis ad forum, judicium-
que eccleſiaſticum ſpectat, non autem laicos, *c.* 2. *de
jud. c. tuam, de ord. cog. cum ſimilib.* cauſa autem poſſeſ-
12 ſoria † rei eccleſiaſticæ etiam ſimpliciter, & abſolute
dicitur eccleſiaſtica, *ut probatur ex clem. unica, de cau-
ſa poſſ. & propr. & clem. unica, cum ibi notat. de ſeque.
poſſ. & fruct.* Niſi velimus dicere, eos Doctores omnes
qui contra ſentiunt, vel aliquos ſaltem intelligendos
13 eſſe, † ubi eſt ſolum quæſtio facti circa poſſeſſionem,
hoc eſt, cum incidenter in judicio quæritur, an talis
exigat decimas, non autem cum principaliter agitur,
ad hoc ut clericus manu teneatur in poſſeſſione perci-
piendi decimas. Imo Marcheſ. *d. num.* 30. & Covar. *d.*
14 *nu.* 2. *in princ.* poſt Feder. de ſen. *d. conſ.* 245. fatentur
poſſe

poſſe etiam laicum in quæſtione facti conveniri coram judice eccleſiaſtico, ubi agitur ſolum, an decimæ ſint ſolutę, vel an iſte teneatur, vel alius, non autem cum de jure decimarum, aut de exemtione, aut privilegio circa ſolutionem; quod etiam tenere videtur Felin. *d. c. cauſam, nu.* 15. *de præſcript.* & licet non bene, videbit fortaſſe quis quomodo poſſit conſtare cum eo, quod paulo antehac eadem concluſione ex eodem Covar. oſtendimus; conſtat tamen, & utrumque ſuſtineri poteſt. Veriores autem poſtremæ opinionis reſtrictiones, & prioris intellectus hi erant, quos duabus ſequentibus concluſionibus complectemur.

QUARTA CONCLUSIO. Quoties jus decimas percipiendi ad laicos ſpectat ex feudo, vel privilegio, judex competens † tam conveniendo, quam excipiendo erit laicus; ita in his terminis tradit Rebuf. *d. q.* 10. *nu.* 39 Germon. *d. c.* 19. *num.* 90. Covar. *d. c.* 35. *nu.* 1. *verſ. tertio, quoties decimæ*, ubi alios refert atteſtantes, hanc conſuetudinem Galliæ eſſe. Ratio eſſe poteſt, quia tunc perſona laica eſt, neque jus tunc ſpirituale eſt, ſed temporale, cum tunc ſolum habeat fructuum commoditatem, *juxta notat. per Doct. in c. ad hæc, & c. quamvis, de decim. Rebuf. d. q.* 10. *num.* 34. *& per nos tradita ſup. c.* 5. *q.* 3. *concl.* 1. 15

QUINTA CONCLUSIO. Laicus conductor decimarum, ubi non adſit contraria fori præſcriptio, ſeu conſuetudo, prout eſt in hac civitate & diœceſi Mediolanenſi, † poteſt, & debet etiam conveniri coram judice laico, *ita in ſpecie Covar. d. nu.* 2. *verſ.* 5. *non video. Idem voluit Rebuf. d. q.* 10. *nu.* 4. *&* 38. *Gemin. in c. ultimo, in fin. de for. compet. in* 6. *gloſſ. in c. veſtra, de loc.* Ratio eſt, quia ſecluſa tali conſuetudine † regulariter laicus debet à clerico conveniri coram judice laico, *c. ſi clericus laicum, de for. compet.* maxime, ubi non conſtat rem eſſe eccleſiaſticam, *ut ibi tradunt Doct.* at tunc non agitur de jure decimarum, neque de decimis ſolvendis ab his, qui tenentur eas ſolvere, ſed de ſolvendo pretio, vel menſuris, quibus cōductæ fuerunt deci- 16 17

mæ alicujus parochiæ. Contrarium tamen hac in ſentit Germon.*d.c.*19.*nu.*97. volens poſſe etiam judicem eccleſiaſticum cognoſcere; *quamvis enim*, inquit, *quæſtio facti ſit, hoc tamen factum ex jure oritur decimarum, cujus cognitionem ad judices eccleſiaſticos ſpectare in manifeſto eſt, qui propterea non redduntur incapaces cognitionis illius facti, quod ex jure ad ipſos ſpectante provenit.*

Sexta Conclusio. Licet amplecti velis primam opinionem ex iis, quas in tertia concluſione protulimus, ea tamen nullo modo procedere poteſt, ubi res ſolum inter clericos agatur, aut reus ſolum eſt cle-
18 ricus; debet enim tunc † cauſa etiam poſſeſſoria coram
judice eccleſiaſtico tractari; ita in quavis re ſpirituali
docet *Navar. in repet. c. cum contingat, remed.* 1. *de reſcript. & Covar. d.c.* 35. *num.* 1. *in fine.* Ratio eſt, quia u-
19 troque jure clericus † conveniendus eſt ſolum coram
judice eccleſiaſtico, *c. qualiter, de jud. c.* 2. *& c. ſi diligenti, de for. compe. c. placuit,* 11. *q.* 1. *Auth. ſtatuimus, C. de Epiſc. & cler. ubi Doct. cum ſimil. quod etiam late proſequitur idem Covar. in d. pract. quæſt. c.* 31.

Septima Conclusio. Cauſa decimalis, ubi de
20 jure ipſo agitur, non poteſt † in laicum compromitti,
*ita poſt Card. conſ.* 94. *tenet Camill. Borel. tract. moder. de compromiſſ. §.* 2. *gloſſ.* 1. *numer.* 324. Imo, in nullum ab-
21 ſolute fieri poſſe † hujuſmodi compromiſſum tradit
Lanfr. Orian. *in ſuo tract. de arbitr. §. compromiſſum*,
quem etiam in hoc ſequi videtur Borel. *loco cit.* Ratio
22 vero illa eſt, quia ſpiritualia † in laicum compromitti
non poſſunt, *c. contingit, ubi Abb. & ceteri, de arbitr.*
23 *& c. decernimus, de judic.* poterit † tamen forte com-
promitti in laicum ſimul & clericum, accedente ſuperioris auctoritate, ut in aliis ſpiritualibus fuſe oſtendit idem Borel. *d. gloſſ.* 1. *num.* 79. *& tribus ſeqq.* Illud ſane certum eſt de fructibus ipſis decimarum, cum qui
24 ſpirituale non ſint, poſſe † etiam in laicum compro-
mitti, *ut poſt Lanfr. loco cit. not. Borel d. gloſſ.* 1. *nu.* 327.
25 & de quavis re ſpirituali † *tradit Hoſt. in ſumma tit. de*

*arbitr.*

*arbitr.* §. *de qua re. Specul. eodem tit.* §. *reſt. num.* 2. Et ra-
tio eſſe poteſt, quia de iis tranſigi poteſt, *ut ſup. late o-
ſtendimus*, *c.* 5. *q.* 6. compromiſſum autem eſt, † quæ- 26
dam tranſactio, *Auth. ſi vero contigerit, C. de judic. late
Borel. d. tract.* §. 1. *gloſſ.* 3. *num.* 268. & §. 2. *gloſſ.* 1. *nu.* 64.
223 & 353.

Quæro Secundo, *Qualiter, & qua actione
petantur decimæ?*

Prima Conclusio. Si agitur † poſſeſſoria a- 27
dipiſcendæ, concludet Curatus, ſe habere talis loci cu-
ram, & ob id petit adipiſci decimarum poſſeſſionem,
*ut docet Rebuf. d. tract. q.* 1. *num.* 1. & ſic etiam concludi
poteſt † in aliis ſpiritualibus, *ut tradunt Doct. in c. acce-* 28
*dens, de accuſ. Abb. in c. conſtitutis, in fi. de appell. & cap.
paſtoralis, colum.* 3. *de cauſ. poſſeſſ. & propr.* Si vero aga-
tur † poſſeſſorio recuperandæ, quia ſit decimis ſpolia 29
tus, concludet ad reſtitutionem, *juxta tex. in c. ad deci-
mas, de reſt. ſpol. in* 6. & ſolet concludere ad remedium,
*l. reintegranda*, 3. *q.* 1. *ut ait Rebuf. d. q.* 9. *num.* 2. ſi de-
mum turbetur † quis in poſſeſſione percipiendi deci- 30
mas, agit interdicto *uti poſſidetis*, ſeu *retinendæ*, juxta
tradita per Fabr. & alios Doct. *in* §. *retinendæ*, *Inſtit. de
interdictis*, & in hac ſpecie decimarum id docet Rebuf.
*d. q.* 9. *num.* 3. ubi etiam *num.* 3. dicit, quod hoc interdi-
cto † agere poterit, licet ratione ſui beneficii, omnes 31
decimas adhuc non perceperit, ſed aliquas tantum, ex
quo per collationem beneficii, & apprehenſionem
poſſeſſionis eſt effectus poſſeſſor omnium rerum, &
jurium ſuę curæ, & eccleſiæ; quin etiam hoc interdi-
cto agere poterit † tam contra ſubditos recuſantes ſol- 32
vere decimas, quam contra alios Curatos religioſos
ſeculares, aut regulares, & generaliter contra quoſ-
cunque alios illum turbantes in dicta poſſeſſione, *ut
tradunt Hoſt. & alii, in c. dudum, per illum textum, &
gl. de decim.*

Secunda Conclusio. Si agatur in petitorio
† ad decimas præteritas agi poterit rei vindicatione, *ut* 33
*eſt optimus tex. in c. moderamine, ibi, ſibi vindicent, &*